

## DE ENTE ET ESSENTIA

### PROŒMIUM

Quia parvus error in principio magnus est in fine, secundum Philosophum, primo Cœli et Mundi: ens autem et essentia sunt, quæ primo in intellectu concipiuntur, ut dicit Avicenna in *Metaphysica*, ideo primo, ne ex eorum ignorantia errare contingat, ad horum difficultatem aperiendam dicendum est quid nomine *Essentiæ* et *Entis* significetur, et quomodo in diversis inveniantur, et quomodo se habeant ad intentiones logicas, scilicet genera, species, et differentias.

Quia vero ex compositis cognitionem simplicium accipere debemus, et ex posterioribus devenire in priora, ut a facilioribus incipientibus convenientior fiat disciplina: ideo ex significatione entis ad significationem *essentiæ* procedendum est.

## DESPRE FIINȚĂ ȘI ESENȚĂ

### Preambul

Deoarece eroarea mică, la început, este mare în final – conform Filosofului<sup>1</sup>, la începutul textului *Despre Cer și Lume*<sup>2</sup>, I, iar ființa și esența sunt cele ce sunt concepute mai întâi în intelect – după cum spune Avicenna în *Metafizica*<sup>3</sup> la început, pentru a nu se întâmpla să greșim în primul rând din cauza necunoașterii<sup>4</sup> acestora și pentru a dezvălui dificultatea lor, trebuie spus ce este semnat prin numele Ființei și Esenței și în ce mod sunt dovedite în diferitele lucruri, precum și în ce mod se prezintă ele în privința intențiilor logice, adică a genurilor, speciilor și diferențelor.

Deoarece trebuie să obținem cunoașterea celor simple din cele compuse și să ajungem de la cele posterioare la cele anterioare, încât pornind de la începuturile mai ușoare învățătura să devină mai armonioasă<sup>5</sup>, e necesar să se înainteze de la semnificarea ființei spre semnificarea esenței.

## CAPUT I

Sciendum est, quod sicut in V Metaphysicæ philosophus dicit, ens per se dicitur dupliciter. Uno modo, quod dividitur per decern genera. Alio modo, quod significat propositionum veritatem. Horum autem differentia est, quia secundo modo potest dici ens omne illud, de quo affirmativa propositio formari potest, etiam si illud in re nihil ponat: per quem modum privationes et negationes entia dicuntur; dicimus enim quod affirmatio est opposita negationi, et quod cæcitas est in oculo. Sed primo modo non potest dici aliquid quod sit ens, nisi quod in re aliquid ponat. Unde primo modo caecitas et hujusmodi non sunt entia. Nomen igitur essentiae non sumitur ab ente secundo modo dicto: aliqua enim dicuntur hoc modo entia, quæ essentiam non habent, ut patet in privationibus; sed sumitur essentia ab ente primo modo dicto. Unde Comment, in eodem loco dicit: Ens primo modo dictum est, quod significat substantiam rei.

## CAPITOLUL I

Trebuie știut că – precum spune Filosoful în *Metafizica*, V, – ființa prin sine este numită dublu. Într-un mod care se împarte în zece genuri<sup>6</sup>. Într-un alt mod care semnifică adevărul propozițiilor. Diferența acestora constă însă în aceea că în modul secund poate fi numit ființă ceva despre care poate fi formulată o propoziție afirmativă, chiar dacă acel ceva nu stabilește nimic în lucru<sup>7</sup>: prin acest mod sunt numite ființe lipsurile și negațiile; într-adevăr spunem că afirmația este opusă negației și că orbirea este în ochi. În primul mod însă nu poate fi numit nimic care să fie ființă, dacă nu stabilește ceva în lucru. De unde, în primul mod, orbirea și altele de acest fel nu sunt ființe. Așadar numele esenței nu este asumat de la ființă prin modul secund spus; căci, după cum e evident în privința lipsurilor, alte ființe – care nu au esență – sunt numite în acest mod; dar în modul prim spus, esența este asumată de la ființă. De unde, spune Comentatorul<sup>8</sup>, în același loc: Ființa a fost numită – prin modul prim – ceea ce semnifică substanța lucrului.

Et quia, ut dictum est, ens hoc modo dictum dividitur per decem genera, oportet quod essentia significet aliquod commune omnibus naturis, per quas diversa entia in diversis generibus et speciebus collocantur, sicut humanitas est essentia hominis: et sic de aliis.

Et quia illud, per quod res constituitur in proprio genere vel specie, est quod significamus per diffinitionem indicantem quid est res. Inde est, quod nomen essentiæ a philosophis in nomen quidditatis mutatur. Et hoc est quod philosophus in VII Metaphysicæ frequenter nominat, quod quid erat esse, idest hoc, per quod aliquid habet esse quid. Dicitur etiam forma, secundum quod per formam significatur perfectio, vel certitude uniuscujusque rei, sicut dicit Avicenna in II Metaphysicæ suæ.

Hoc etiam alio nomine natura dicitur, accipiendo naturam secundum primum modum illorum quatuor modorum, quos Boetius de duabus naturis assignat, secundum scilicet quod natura dicitur esse illud, quod quocumque modo intellectu capi potest: non enim res intelligibilis est nisi per suam diffinitionem et essentiam.

Et sic etiam dicit philosophus in V Metaphysicæ, quod omnis substantia est natura: nomen autem naturæ hoc modo sumptæ videtur significare essentiam rei secundum quod habet ordinem vel ordinationem ad propriam

Și, deoarece, după cum s-a spus, ființa, numită în acest mod, se divide în zece genuri<sup>9</sup>, e necesar ca esența să semnifice ceva comun tuturor naturilor prin care diversele ființe sunt dispuse în diverse genuri și specii, precum este umanitatea esență a omului: tot astfel și în privința celorlalte.

Și, deoarece, acela prin care lucrul este constituit într-un gen propriu sau într-o specie, este ceea ce semnificăm prin definiția care indică ce este lucrul, rezultă de aici că numele de esență este înlocuit de filosofi cu numele de *quidditate*<sup>10</sup>. Acesta este cel pe care în *Metafizica*, VII, filosoful îl numește adesea *ce*, care era ființarea, adică acela prin care ceva are ființarea lui *ce*; este numit chiar formă: conform acestei ziceri prin formă este semnificată perfecțiunea, sau certitudinea fiecărui lucru după cum spune Avicenna în *Metafizica* sa, II.

Chiar natura este numită de acesta cu un alt nume, înțelegând natura conform modului prim al acelor patru moduri pe care le atribuie Boetius<sup>11</sup> celor două naturi, adică în conformitate cu care natura este numită acea ființare care poate fi cuprinsă prin orice mod în intelect: căci lucrul nu este inteligibil în afara definiției și esenței sale.

Și, astfel, Filosoful spune în *Metafizica*, V, că întreaga substanță este natură; însă numele naturii asumate în acest mod, pare să semnifice esența lucrului conform cu ceea ce are ordine și ordonare pentru propria

operationem rei, cum nulla res propria destitua-  
tur operatione.

Qualitatis vero nomen sumitur ex hoc, quod per  
diffinitionem significatur: sed essentia dicitur se-  
cundum quod per eam, et in ea res habet esse.

operațiune a lucrului, de vreme ce nici un lucru nu este lipsit de propria sa capacitate de operare.

Desigur, numele calității<sup>12</sup> este asumat din ceea ce este semnat prin definiție; dar esența este numită conform cu aceea că prin ea și în ea lucrul are ființare.

# CUPRINS

## DE ENTE ET ESSENTIA

PROCEMIUM .....	6
CAPUT I .....	8
CAPUT II .....	14
CAPUT III .....	22
CAPUT IV .....	38
CAPUT V .....	50
CAPUT VI .....	66
CAPUT VII .....	78

## DESPRE FIINȚĂ ȘI ESENȚĂ

PREAMBUL .....	7
CAPITOLUL I .....	9
CAPITOLUL II .....	15
CAPITOLUL III .....	23
CAPITOLUL IV .....	39
CAPITOLUL V .....	51
CAPITOLUL VI .....	67
CAPITOLUL VII .....	79

Note .....	92
------------	----

Cuvântul traducătorului .....	99
-------------------------------	----

Biografia pământească .....	101
-----------------------------	-----

Viața după moarte .....	105
-------------------------	-----

Bibliografie .....	107
--------------------	-----

### Postfață – *Hyletnorfism și individuație*

de Gheorghe Vlăduțescu .....	109
------------------------------	-----

Anexă .....	117
-------------	-----